

DE THEOLOGIA DÆMONUM.

†) Gen. III, 1. est diabolus per *) apparitiones ac conversationes, per ††) sagas,
 †) Matth. IV, 1. *) oracula pythorum, **) obsessos, †) pseudoprophetas & hæ-
 3. f. reticos, & per ††) piorum tentationes suggestionesq; varias se ma-
 ††) 1 Sam. XXVIII, 11. f. nifestare. Humanæ vero rationis *conjectura*, non nisi fundamen-
 *) 1 Reg. I, 1. tis illis nixa, in quibusdam saltem suppeditare poterit de Dæmonum
 Act. XVI, 16. Theologia notitiam diductiorem.
 **) Matth. VIII, 28. f. q. †) 1. Reg. XXII, 23. f. 1. Tim IV, 1. ††) Luc. XXII, 31. Ephes. VI, 11. f.

§. V.

QVOD SIT NUM DETUR ergo Theologia Dæmonum eo quo diximus sensu
 Theologia dæ- accepta, ut certiores reddamur, per singulos Divinæ & hominibus
 monum, salutaris doctrinæ articulos dispiciendum erit, quamnam eorum no-
 titiam Scriptura S. Dæmonibus tribuat, experientia quæcunq; ipsos
 habere testetur, & his nixa quandoq; comprobet atque edisserat sanæ
 rationis *conjectura*. §. VI.

De S. Scriptu- VERBI DEI *scripti* æque ac *non scripti* notitiam, teste Scri-
 ra. ptura, diabolus in primis prodidit tum in primæ matris seductione,
 †) Gen. III, 2. tum in secundi Adami tentatione a). Ad illam dicebat: †) *Sicci-*
 ne, quoniam DEVS DIXIT, non comedetis de omni arbore horti? Ad
 ††) Matth. hunc: ††) SCRIPTUM EST, quod angelis suis *præcipiet de te*. Qui-
 IV, 6. Luc. bus ipsis quoque auctoritatem Verbi Divini & vim constituendi scien-
 IV, 40. dozum atque agendorum normam se agnoscere testatus est, quam
 Evæ extenuare, & qua literæ tenaciorem Christum irretire *fatigit*.
 Sic, teste eadem Scriptura, se Divinorum Samuelis vaticiniorum
 non ignarum prodidit cum personam ejus induisset, *) dicens:
 *) 1 Sam. XXVIII, 17. *fecit sibi Dominus quemadmodum locutus est ME MINISTRO ac scri-*
 ptore. Neque dubium, nosse ipsum, ea omnia, quæ in Scriptura
 S. habemus revelata, DEI verbum esse, & minus de eorum verita-
 te igitur dubitare quam homines. Quam igitur idem Eloquiorum
 Divinorum hostis eorundem ostentavit scientiam in obsessis, pytho-
 nibus, conversationibus atque apparitionibus variis, prolixior est o-
 mnium seculorum experientia, quam quæ uno volumine, nedum
 brevi paragrapho enarrari queat. Nam ut vere ait loquens de *Seven-*
ensibus singulari spiritu latis (dicta sacrarum literarum dextre etiam
 & large recitantibus, cum eam multi nec legerint unquam nec legere
 potuerint) meritis Berolinensis Ecclesiæ Præpositus *J. Porstius* b), illa
 est dulce canens aucupis fistula, qua allectis dein ex proprio penu-
 cædes,